Special
Collect.
QH7
M68
v.9
sup.
1836

Special
Collections
QH7
M68
v.9
sup.
1836

This book must not be taken from the Library building.

519

BULLETIN

de la

Société Impériale

des Naturalistes

DE MOSCOU,

publié par

G. Fischer de Waldheim.

TOME IX.

accompagné de planches.

MOSCOU.

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITÉ IMPÉRIALE.

1836.

D. H. HILL LIBRARY
N. C. STATE UNIVERSITY

Печатать позволяется

съ тѣмъ, чтобы по отпечатаніи представлены были въ Цензурный Комитетъ три экземпляра. Москва, Января 17 го дня 1836 года.

Цензоръ и Кавалеръ А. Болдыревъ.

SUPPLEMENTUM

AD

SYNOPSIN ABSYNTHIORUM, TENTAMEN DE ABROTANIS, DISSERTATIONEM DE SERIPHIDIIS ATQUE DE DRACUNCULIS

AUCTORE

W. S. BESSER M. D.

Prof. P. et Ord. Botanices Imp. Universitatis S-ti Wladimiri, Aulae a Consiliis.

SUPPLEMENTUM

AD SYNOPSIN ABSYNTHIORUM.

Absynthia non posse generice distingui, confer praefationem ad tentamen de Abrotanis pag. 6.

Corrigendum in praefatione

pag. 221 lin. 8. ab infra loco 1825 lege 1826.

pag. 222 lin. 2. ab infra loco *Scri.* lege *Seri.*

lin. ultima loco *Scriphida* lege *Seriphidia.*

pag. 225 lin. 7. periclinii squamis apice scariosis nitidis

o foliis dissectis

- foliorum laciniis linearibus, obtusis

* calathidiis magnis 2 arborescens Lin.

* * calathidiis mediocribus (2‴)

o periclinii squamis foliisque incanis 3. Moxa mihi.

o o periclinii squamis pilosis a. foliisque glabris . . * *obtusiloba.*

* * * calathidiis parvis (1‴)

A foliis glabris . . . 3* *obtusiloba* Led.

AA foliis incanis . . . * *mollis.*

- - foliorum laciniis lineari - lanceolatis.

* calathidiis maximis (3—4''')

(Periclinii squamis ovato-lanceolatis) . . . . . * *minor.*

β periclinii squamis carinato-costatis (calathidiis 2—2½''')

5 camphorata.

β β periclinii squamis ecostatis (calathidiis 1½''') . 5* subviscosa Tnrtschan.

* glabris . . . . . * *obtusiloba*

* * incanis . . 4 canariensis Less.

○ ○ foliis indivisis 4* montevidensis Spr.

lin. 4. ab infra loco *lobosis* (*squamis inter. scariosis nitidis*) ponatur

globosis a. hemisphaericis.

" squamis interioribns acutis scariosis nitidis . . . * *nitens* Stev.

" " squamis interioribus rotundatis

ʌ margine membrana sub-fusca (caespitosa) . 9* argyrophylla Led.

ʌ ʌ margine diaphano decolore (basi lignoso). . . * *holosericea α.*

Pag. 226. loco lin. 17—24 lege.

+ foliis sessilibus . . . 16 rupestris (inclusis A. viridifolia et viridi).

++ foliis petiolatis (excl. floralibus) 16* minor Jacquemont.

lin. 25 loco o o *parvis* etc. pone:

o o mediocribus a. parvis (vix 2''' diametri).

ʌ foliis dissectis: periclinii squamis interioribus.

* Oblongis lanatis . . 18 frigida W.

* * rotundatis, apice scariosis

- foliorum segmentis linearibus elongatis . . . . 18* mollis Jaq.

- - foliorum segmentis lanceolatis. . . . . 19 Absynthium L.

* * * ovatis (albo - tomentosis, nervo viridi). . * *multicaulis* Led.

ʌ ʌ foliis integris . . * *montevidensis.*

Lin. 4. ab infra dele et pone:

A calathidiis maximis (foliorum laciniis linearibus obtusis) 20* macrocephala Jacquem.

A A calathidiis mediocribus (folior. laciniis linearibus dentatis). . 20 Sieversiana W. non Ehrh.

A A A calathidiis parvis (foliorum laciniis filiformibus) 21 anethifolia Stechm. non Fisch.

Pag. 227 lin. 13. E Palermo a Zeyhero; quid vero attinet insulas canarienses, dubitandum; nam A. *argentea.* Buch et Smith Fl. Ins. Canar. ex Lessingio (Linnaea VI. p. 217) spectat ad A. *canariensem.*

Pag. 228. lin. 5. Ex Olbia Galloprovinciae in herb. Gay. Ibidem quoque ex insulis Stoechadibus, ubi floret ad finem Aprilis et Majo. E Libanon a Labillardiero lecta in Museo Delessertiano. — Notandum achenia esse angulata a. costata, disco epigyno magno, pappi tamen vestigium nullum. An Tanacetum clinanthio piloso an sui generis ?

Lin. 12. post *fruticosum* insere *incanum.*

Lin. 5, ab infra post *Prescottii* adde et *spontaneam e China in herb. ill. Lindleyi.*

Pag. 229 ante *A. canariensis* inseratur :

3* *Obtusiloba* (Led. Fl. Alt. IV. p. 68. Icon. Fl. ross. alt. illustr. t. 465* et t. 466* Bess. Monogr. ined.) fruticulosa, viridis, periclinii squamis interioribus ellipticis scariosis, calathidiis hemisphaericis, parvis, nutantibus, racemosis, paniculatis; foliis inferioribns bipinnatisectis, floralibus summis pinnatisectis, integrisve, segmentis omnium obtusis, muticis.— Varietates distinguit tres, et quidem:

α. gracilem β fruticulosam et γ glabram, cui clinanthium glabrum.

Lin. 8. loco *pinnatisectis* lege *bipinnatisectis*.

Lin. 10. post *lanceolatis* adde *a. lineari-lanceolatis*.

Lin. 11. loco *insula* pone: *in maritimis insulae Teneriffae*.

Lin. 14. adde: praeterea vidi specimina a. cl. Berthelot et Webb lecta in herbario cl. Gayi et a cl. Courant in herb. Cambessed. Hispanice Encienso (herb. Desfont.)

Lin. 5. ab infra adde: Inflorescentia saepius panicula thyrsoidea.

Pag. 230. lin. 4. adde: nec confundenda cum A. *arborescente*, cui calathidia triplo majora

et folia magis divisa majoraque, praeterea huic truncus 4′; nec cum A. *argentea*, cui periclinii squamae totae tomentosae, folia sericea candida et aeque elata; nec plus cum A. *Moxa*, quae frutex elatior, calathidiis foliisque majoribus atque inflorescentia.

4 * *montevidensis* (Spr. Syst. Veg. III. p. 487. n. 4. Bess. Monogr. ined.) fruticosa, glabra, calathidiis spicatis? paniculatis, globosis? parvis? erectis? periclinii squamis marginatis, exterioribus subrotundis, interioribus ovato-lanceolatis, foliis lineari-acutis, carnosulis, canaliculatis, apice cartilagineo ciliato-serrulatis. In Montevideo Brasiliae Sello. (v. sp. s.)

Specimen a D. Sprengelio communicatum est apex caulis 15″ parum lignosi, nam medulla occupat $\frac{1}{2}$ diametri, inaequaliter ramosi, ramis tamen subfastigiatis, cortice subnitido tectis. Folia sunt conferta, patentissima, imo deflexa; inferiora 8‴ longa, $\frac{1}{3}$‴ lata. Suprema proportionaliter breviora. D. Sprengelius dicit quidem inflorescentiam racemos abbreviatos; at specimen est valde juvenile, ut pedunculos distinguere non potuerim. Squamarum periclinii margines et apices sunt pallide rubentes. Pili

clinanthii sunt crassi, apice torti, rosei, flosculis multo longiores. Planta magis evoluta adhuc examinanda foret.

Lin. 9. post *racemosis* adde: *paniculatis.*

Lin. 11. post *tomentosis* insere: *a. canescentibus.*

Lin. 15. loco *elevatis* pone: *costatis.*

Lin. 16. deleatur *niveis.*

Lin. ultima. Patriae adde: Pyrenaeos Endresi; prope Gratianopolin Tscherniajef (in herb. Imp. Univers. Charkov.)

Pag. 231. et 232. deleantur et ad finem descriptionis A. *saxatilis* substituatur *α Villarsiana* (Bess. Monogr. ined. A. *camphorata α* Bess. Syn. Abs. A. *subcanescens* W. En. pl. h. r. Ber. II. p. 861. n. 14. A. *Columnae* Ten. Syll. p. 422* (herb. Gay) *Art. grandiflora* Ehrh. (Roem. in herb. Fisch.) A. *camphorata* Reich. Fl. Germ. exs. n. 317. Forma consueta, vix canescens. Periclinii squamis lateribus albo-tomentosis. Hæc est vulgatissima, quam cum A. *Abrotano* confundere videntur nonnulli Botanici.

β. Fontanesiana (Bess. Monogr. ined. A. *camphorata β.* Bess. Syn. Abs. A. *cine-*

rea Fl. Paris. A. *camphorata* W. En. pl. A. *saxatilis* Reichenb. Fl. Germ. exs. n. 580. Circa Tergestum. Circa Parmam Prof. Jan. Huc quoque spectant A. *Bisolesiana* et *nivea*, Host. quae nonnisi majore et minore canescentia differunt, secundum specimina e horto Florae austriacae dicato Vindobonae ab amicissimo Dr. Fenzl communicata. Haec tota incana.

γ. *Wulfeniana* (Bess. Monogr. ined. A. *camphorata* γ. Bess. Syn. Abs. A. humilis Wulf. Haec caeteris glabrior, viridis.

δ. *Kitaibeliana* (Bess. Monogr. ined. A *saxatilis* W. et Kit. in W. spec. pl. 1830 n. 35 et Bess. Syn. Abs. n. 6. A. *camphorata* Elsmann herb. venal.) In arenosis Hungariae, in Vogesis et Tyroli.

Planta, quam in horto colo, in eo solum differt a var. prima, quod periclinii squamae sint minus canescentes reliquis et tota planta magis viridis; specimina vero spontanea sunt varia et ipse D. Willdenovius ponit differentiam in pinnas indivisas foliorum caulinorum canescentium, caulem ramosissimum et periclinia costa-

ta. Folia nequaquam differunt; caules var. α cultura aeque deveniunt ramosi et periclinia omnium sunt costata; ideo bene suadente cl. Gayo illas rejungo.

Pag. 233. lin. 2. ab infra post *et alibi* adde: inter saxa ad torrentes Snicznaja et Urgudey Turtschan.

Pag. 235. 236. 237. 238 deleantur descriptiones A. *nitentis* et *sericeae* et eorum loco inseratur sequens:

9. *sericea* (Stechm. Artem. p. XVI. n. V. A. *holosericea* Led. Fl. Alt. IV. p. 65. Icon. Fl. ross. alt. illustr. t. 459* *Abs. nitens et sericeum* Bess. Syn. Abs. n. 3 et 10) suffruticosa, calathidiis maximis a. magnis, globosis, hemisphaericis a. ellipsoideis, cernuis, racemosis paniculatisve, periclinii sericeo-tomentosi v. incani bracteolati squamis ovato-lanceolatis *) v. ellipticis, intimis apice scariosis nitidis saepius disco longioribus, foliis albo-sericeis, caulinis 3—5 partitis, lacinia inter-

*) Margo fuscus squamarum periclinii exteriorum saepius deest; ideo in definitione non feci ejus mentionem.

media pinnatisecta, segmentis linearibus acutis, saepius trifidis. — Varietates hujus nunc sequentes sunt statuendae:

α. *Steveniana* (Bess. Monogr. inedit. A. *sericea* W. Spec. pl. 1839. u. 54 A. *nitens* Stev. herb. et Bess. Syn. Abs. u. 9. α et β.) Calathidia maxima, 3 et plurium linearum, periclinii squamis intimis ovato-lanceolatis, disco longioribus. An insecti ictu? est quandoque in caule simplicissimo unicum calathidium terminale, aliis multo majus, bracteis copiosis calathidio longioribus obvallatum. In regione altaica, circa Krasnojarsk et in Dahuria hucusque lecta.

β *Gmeliniana* (Bess. Syn. Abs. p. 237. A. *holosericea* et *grandiflora* Led. Fl. Alt. IV. p. 63. Gmel. Fl. Sib. II. p. 131. t. 64. f. 1.) Calathidia magna et mediocria h. e. 3—2''' diametri; nutantia, periclinii ellipsoidei (sub anthesi hemisphaerici Led. l. c.) squamis intimis oblongo-lanceolatis apice diaphano disco non a. parum longioribus. In hisce duabus varietatibus inflorescentia est racemosa, quandoque caules superne sunt ramosi, ramis tum racemo terminatis. In Baschkiria Eversm.

(herb. MB.) In regione altaica D. Gebler. Led. In Ircutia Turtschan.

γ Ledebouriana (Bess. Monogr. ined. A. *holosericea β parviflora* Led. Fl. alt. p. 63.) Calathidia mediocria 2‴, nutantia, periclinii ellipsoidei squamis interioribus obtusissimis, rotundatis, apice diaphanis. Racemi abbreviati, calathidiis confertis, rarius elongati, uti in antecedentibus. In regione altaica.

δ Pallasiana (Bess. Syn. Abs. p. 238 et A. *nitens δ*. Ibidem. p. 236.) Calathidia mediocria 2″ nutantia, periclinii ellipsoidei brevioris magis tomentosi squamis intimis lanceolatis, disco saepius longioribus, bracteis minus laxis. Foliorum laciniae breviores, minus distantes. Inflorescentia var. *β*. Sine loco indicato e herb. Pallas. et in montosis ad Krasnoiarsk Adams (herb. Acad. Imp. Sc. et Med. Chir. Mosq.) In montibus transbaicalensibus. Turtschan.

9* *argyrophylla* (Led. Fl. Alt. IV. p. 66. Icon. pl. Ross. alt. illustr. t. 463* Bess. Monogr. ined.) caespitosa, argenteo-sericea, calathidiis magnis, hemisphaericis, cernuis, spicato-racemosis; periclinii tomentosi squa-

mis exterioribus lanceolatis oblongisve; interioribus lato obovatis, margine scariosis subfuscis; foliis sessilibus, caulinis pinnatisectis, laciniis lateralibus integris bifidisve, terminali rem iore, tripartito - multifida; floralibus pinnati - tripartitis a. indivisis, segmentis lanceolatis. In rupestribus alpinis ad fluvium Tschuia jacentium. Led. l. c. (v. sp. s. in herb. C. A. Meyer.)

Species hæc est quasi intermedia inter A. *sericeam* et *frigidam* γ: calathidia sunt prioris et divisio foliorum alterius; nec tamen cum ulla conjungenda. Caules sunt spithamaei. Folia parva $\frac{1}{2}''$ Pedicelli $\frac{1}{2}'''$ calathidia $3'''$.

Pag. 237. Patriae A. sericeae adde:

Deserta ad meridiem Uralis Lessing in Linnaeae vol. I. fasc. 2. A. 1834. p. 169.

ad A. argyrophyllam Supplementi adde:

Ex specimine a cl. Bunge communicato caudice vere lignoso instructo potius suffruticosa dicenda. Inflorescentia basi ramosa. Calathidia $2\frac{1}{2}'''$. Aliud ex alpibus editissimis vix est $3''$. Foliorum segmenta potius cuneato-lanceolata.

Pag. 238. lin. 5. ab infra post 17 insere: *Bess. Monogr. ined. c. icon.*

P. 240. lin. 2, adde: pedunculis infimis quandoque bi-trifloris et squamis periclinii interioribus margine plus minusve sphacelatis. Specimina Szowitziana e monte Ararat sunt omnino eadem cum A. *pedunculari*, ut nec qua varietates sint distinguenda.

Observatio: sed et hic folia caulina superiora deveniunt pinnatisecta, tripartita et suprema indivisa. Pedunculi in fructiferis sunt $1-1\frac{1}{2}''$; in florentibus tamen inferiores saepius vix semipollicares et terminali proxima calathidia saepius sunt subsessilia. Praeterea calathidia terminalia sunt ampliora, diametri saepius $3'''$, longitudinis $2'''$; hic vero, nec A. *lanatae* W. uti fecit cl. Reichenbachius in Fl. germ. excursoria 1, p. 222 n. 1385 subjungenda est A. *Pedemontana Elsm.* (Errore typographico nomine A. *Tabernaemontanae* prius publicata *)) non Ballis e Tyroli australi bene monente cl. Gayo et quantum ex icone pro me parata A. *nitidae* Bertol. **) ad specimen ab ipsissimo auctore cum cl. Adriano de Jussieu

*) Confer Floram v. allgemeine botanische Zeitung 1827. p. 648. **) Mantissa pl. Flor. Alp. Apuan *.

ex summa alpe Tambura communicatum dijudicare possum et haec videtur hujus esse loci. At observanda est fructifera, anne pedunculi elongati strictique sint et calathidia erecta, uti in planta Caucasica et Armeniaca, a qua tantum in eo differt, quod rhachis inter divisiones foliorum sit longior; hinc folia sunt bipinnatisecta, 5 pinnis 7—5 sectis, segmentis 3—6''' longis, $\frac{1}{2}$''' latis. Periclinia minus sunt villosa, magis sericea. Specimen tyrolense a cl. Professore Göpperto Vratislaviensi et aliud ex alpibus apuanis a cl. Professore Jan sunt spithamaea.

Lin. 4. post n. 1701 adde: Bess. Monogr. ined. c. icon.

P. 242. lin. 9. adde:

Huc uti jam monui ad finem p. 265 revera spectat A. *lanata* W. spec. pl. 1823. n. 18 ex autopsia speciminum a d. Antonio de Jussieuo in Hispania lectorum, ad quae sine dubio facta icon. p. 462 in Barrelierio (Abs. pumilum palmatum minus argenteo, sericeoque folio, hispanicum Observ. n. 1006), speciminum ex Arragonia in herb. Delessertiano (Gay in lit.) speciminis a d. Sprengelio hocce sub nomine

communicati et speciminuli a d. Willdenovio in herbario Bieberstciniano nunc Imp. Academiae Scientiarum Petropolitanae conservati.

Lin. 4. ab infra *alpibus* *) addatur *nota* *)

Haec tamen descendit in Vallesia superiori ad pagum Zermatten qui 700 orgyis et aliquot est supra superficiem maris, monente cl. Gayo, cum A. *glacialis* est socia inseparabilis molium glacialium.

P. 243. lin. 10. Synonymis var. α (*delphinensis* Bess. Monogr. ined.) addatur A. *Wulfeni* Schleich. (foliis caulinis tripartitis s. digitatis) Dr. Trauchsel in Flora 1828. n. 10. p. 150.

Lin. 11. var. β (*carinthiaca* Bess. Monogr. ined.)

Lin. 5. ab infra var γ (*vallesiaca* Bess. Monogr. ined.)

Post lineam ultimam adde

Var. δ (*pyrenaica* Bess. Monogr. ined.) foliis radicalibus 3—5 partito - multisectis; calathidiis terminalibus congestis. In Pyrenaeorum monte Porteil de Carença Gay.

P. 245. lin. 6 ab infra post *elongatis* adde: Et haec est β *intermedia* Gaud. Hinc Florae

Helvetiae T. V. p. 226. Talem e monte Cenisio misit cl. Gay.

P. 246 deletis A. *viridifolia* p. 247. A. *rupestri* et p. 249 A. *viridi* ad A. *frigidum* usque in eorum locum substituatur:

16 *Rupestris* (Linn. it. gotl. 285 et 285* A. *dentata* W. Spec. pl. et herb. n. 15343 fol. 2. *Abs. rupestre* Bess. Syn. Abs. p. 247.) caespitosa, viridis, calathidiis simpliciter racemosis a. paniculatis, globosis, magnis, nutantibus, bracteolatis, bracteis foliaceis periclinii squamas elliptico-lanceolatas late scarioso-marginatas saepius superantibus; foliis sessilibus, caulinis subbipinnatisectis, laciniis intimis minoribus subintegris, floralibus pectinatis, segmentis omnium linearibus acutis mucronatis. In Thuringia, Suecia et Sibiria orientali meridionali (in deserto Baraba, regione altaica et Ircutia).

α. *Ledebouriana* (Bess. Monogr. ined. A. *viridifolia* Led. et Reichenb. pl. criticae t. 389 f. 573. Abs. *viridifolium* Bess. Syn. Abr. p. 246.) Bracteis foliaceis subpinnatifidis periclinii squamas superantibus, foliis exceptis floralibus, omnibus bipinnatisectis, saepius 2″.

In deserto Baraba, regione altaica et Ircutia.

β *Linneana* (Bess. Monogr. ined. A. *rupestris* L. It. gotl. t. 285* *Abs. rupestre* α *oelandicum* Bess. Syn. Abs. p. 248. A. *dentata* W.) Bracteis plurimis discum aequantibus, ciliis squamarum interiorum periclinii coloratis, foliis floralibus minus pectinatis, saepius fere integris; foliis tantum inferioribus bipinnatisectis. Caules 5—8″. In Oelandia, Gotlandia.

γ *Wallrothiana* (Bess. Monogr. ined. A. *rupestris* Wallr. Sched. crit. t. 5. *Abs. rupestre* β *thuringiacum* Bess. Syn. Abs. p. 248.) Bracteis foliaceis saepius dentatis, plurimis discum aequantibus, ciliis squamarum interiorum periclinii densis albis; foliis floralibus pectinatis, inferioribus solum bipinnatisectis. In Thuringia.

δ *Willdenoviana* (Bess. Monogr. ined. c. icon. A. *viridis* W. herb. Bess. Syn. Abs. p. 249) calathidiis maximis. Bracteis foliaceis paucis inaequalibus periclinii squamas interiores acutas fusco-limbatas vix ciliatas paululum excedentibus, foliis omnibus exceptis floralibus

bipinnatisectis. Caules 1′. Calathidia 3—4‴ e regione altaica Dr. Gebler.

16. *minor* (Jacquem. Catal. n. 1649 Bess. Monogr. ined. c. icon.) caespitosa incana, calathidiis racemosis secundis globosis cernuis magnis, bracteolatis, bracteolis foliaceis, periclinii squamas ovato - lanceolatas limbo scarioso denticulato lanato superantibus; foliis petiolatis, caulinis tripartito - multisectis, petiolis stipulatis, floralibus pectinatis, segmentis lineari - lanceolatis obtusiusculis. — Inter Oumso et cacumina montium, qui Hangrang jugum dextrorsum suportant altitudine 3800—4500 metr. 4, Augusti. A. perennis caespitosa, caulibus ascendentibus, floribus purpureo et luteo variegatis. Odor Abrotani et Absynthii mixtus. Jacquemont l. c.

Radix multiceps, caulibus basi decumbentibus 4—6, valde ramosis, ramis subfastigiatis, adscendentibus, florentibus $\frac{1}{2}$—1′. Folia radicalia nulla vidi; caulina vero inferiora sive in caule florente sive in sterili sunt eadem 1—2″, hac solum cum differentia, quod infima sint minus divisa et estipulata; in caulibus vero sterilibus superiora sunt bipinnatisecta, pinnis 5—7, terminali indivisa, lateralibus 5—sectis

brevioribus, segmentis 2—3‴, petiolo foliis aequali in caule florente, versus basin dilatato $\frac{2}{3}$‴ lato; superiorum foliorum stipulis utrinque 3—5 pectinatis accrescentibus petiolo adnatis et haec transeunt in floralia tali modo, quod petiolus gradatim abbrevietur, donec stipulae non amplius distent ab apice folii, in quo laciniae sunt adhuc 3—2 fidae a. tandem omnes indivisae. Racemus est 3—4 pollicaris. Pedunculi inferiores 3—4‴ summi vix 1‴. Bracteolae in apice illorum una a. altera, rarius tres lineari-lanceolatae. Calathidia 3—4‴. Periclinii squamae dorso saepius rariter villoso-lanatae, limbo scarioso fusco; disco parum longiores. Corollae flavae apice purpureae. — E loco altiori eorundem montium (Jacquem n. 1659) est pumila, vix 5″, rigidior, magis lignosa, ut pro fruticulo habenda, racemo tunc 2″, foliis cum petiolo vix $\frac{5}{4}$″, vestitu densiore. Folia prioris sunt subsericea, hujus omnia opaca.

P. 251. lin. 7. post *suffruticosum* adde: *caespitosum, incano-sericeum*.

Lin. 9. post *globosis* pone signum notae *) et inferius notam.

*) Ill. Ledebour dicit calathidia subgloboso-elliptica.

Lin. 12. post *oblongis* adde: *ovatis, lanceolatisve, lateribus fuscis, apice scariosis.*

Lin. 7 ab infra ante *Krasnojarsk* pone *ad Jeniseum circa*

P. 231. post A. *camphoratam insere:*

5* A. *subviscosa* fruticulosa, viscida, subcanescens, calathidiis parvis, globosis, racemosis, cernuis, periclinii squamis exterioribus lineari-lanceolatis; interioribus ovatis acutis scariosis fimbriato-ciliatis; foliis inferioribus subbipinnatisectis, segmentis sublinearibus acutis mucrone cartilagineo. — In campis sterilibus prope Bargusinsk Turtschaninov A. 1834.

Fruticulus vix sesquipedalis, caudice lignoso mox brevissimo, mox 2″, cortice opaco fusco; exinde caules teretes, erecti, residuis petiolis basi parum dilatatis squamosi, florentes pedales, steriles vix 5″. Foliorum infimorum petioli estipulati, mediorum pollicarium petioli utrinque stipula 1—2 aciti s. folia semiamplexicaulia 3—5 partita, lacinia intermedia petiolata, quinatisecta, pinnis quinquepartitis. Segmenta sunt linearia, versus basin quidquam attenuata 3—5‴ longa, $\frac{1}{4}$‴ lata. Superiora et

(Turtsch. herb. Bess. Mongol. ined. c.

floralia sunt breviora et minus divisa. Inflorescentia est racemosa, racemo rarius ramoso. Calathidia inferiora terminant ramulos foliosos; superiora insident pedunculis calathidio brevioribus. Periclinii squamae sunt purpureo-fuscescentes, albo dense ciliatae. Flosculi flavi, punctis resinosis adspersi, demum purpurascentes. Odor Diosmarum ingratus.

Primo intuitu maxime affinis est A. *obtusilobae*, a qua tamen clinanthio arachnoideo - villoso, foliis subcanescentibus, segmentis lineari - acutis cartilagineo - mucronatis, periclinii squamis albo-ciliatis et visciditate sufficienter differt; ab A. vero *camphorata* calathidiis minoribus, periclinii squamis interioribus scariosis dorso non carinato - costatis fuscescentibus.

P. 253. lin. 5. post *Gebler*. In Ircutia Director Szczukin. In Mongolia chinensi Turtschan.

P. 254. lin. 6. ab infra post *Gebler* pone: *In Carlton House Americae septentrionalis Hook. A. virgata Richards. ex Hook. Fl. bor. amer.* I, p. 321. 322. ad finem adde: quam tamen

A. *argyrophyllae* affinem censet cel. Ledebour in Fl. Alt. IV. p. 67.

P. 255. lin. 11. adde: A. *involucrata* Turtschan. herb. In campis transbaicalensibus et A. *petraea* Turtsch. e Change, quas variis temporibus nominasse videtur: nam nequaquam differunt.

P. 257. inter lin. 2. et 3 inseratur:

18* *mollis* (Gay in lit. Bess. Monogr. ined. c. icon.) suffruticosa? calathidiis parvis, racemosis, paniculatis, globosis, pendulis; periclinii tomentosi squamis exterioribus paucis oblongis adpressis, interioribus obovatis, apice et lateribus scariosis, foliis sericeo-incanis, caulinis decompositis, superioribus palmato 3 fidis, summis et segmentis lineari-lanceolatis angustis. — Patria non adnotata: at supponendum eam provenire ex Oriente, nam D. Burmannus, in cujus herbario asservatur Parisiis apud cel. Delessert, habuit eam pro A. *chinensi*. (v. sp. fragm.)

Cl. Gay adhuc sequentia de illa refert: „An sit caulis lignosus, an herbaceus, distin„guere non valeo. Panicula est pedalis, pyra„midata e 17 ramis 4—5″ parum patentibus

„composita, tomentosa, tomento brevi adpresso. „Calathidia mediocria (magnitudinis *Abs. vul-* „*garis*) axillaria, sparsa, brevipedunculata (pe- „dunculis recurvatis, tamen 2—3‴); hinc „racemos laxos foliosos formant. Pili clinanthii „satis longi, rigidi, brunnei."

Foliorum laciniis angustis et inflorescentia laxa aeque distat ab A. *Absynthio* quam ab A. *canariensi*, ad quas proxime accedit.

P. 257. lin. 15 post *ruderatis* adde: In Algier Desfont. Fl. Atlant, II. p. 264. Circa Terre neuve De la Pilaye herbar. in Mus. reg, Paris (Gay in lit.); — inter lin. 6 et 5 ab infra insere:

α foliorum laciniis magis lineari-lanceolatis.

P. 258. lin. 4. post *Petrop.* adde: Fere insipida. In siccis ad margines agrorum circa urbem Kaschemyr, ubi frequentissima et odoris jucundioris Jacquem. Catal. Fasc. II. n. 676.

Ad finem adde: Talem racemis rarioribus, magis elongatis (panicula $1\frac{1}{2}'$) legit d. Jacquemont in montibus regni Caschemyr ad Calibagh. Ejusdem Catal. fasc. II. n. 898.

ζ *involucrata* bracteolis disco longioribus e Bialystok Hortul. Piper. In Curlandia Mag. Lindemann.

η *insipida* Ex Armenia ad montem Ararat d. Szowitz. Haudamara. Similis insipida est in herbario Tournefortiano et Vaillantiano sub nomine Absynthii insipidi Absynthio vulgari similis C. B. Tournef. Instit. p. 458* caeterum non distinguenda. Huc quoque spectat: Absynthium orientale vulgari simile, sed longe minus amarum Tournef. Coroll. p. 34* et A. Absynthium γ Lam.Encycl. méth. I. p. 261 Gay in lit.

P. 959. lin. 2. ad *Ehrh.* addatur *) nota sequens: Absynthium Sieversianum Ehrh. pl. select. hortul. proprii n. 157 nequaquam vero Artemisia Sieversiana ejusdem, uti citatur a Willdenovio, quae est A. (Dracunculus) pubescens Led. — Synonymis A. Sieversianae W. adde A. scariosam Rich. ex Steud. Nomencl. botan.

Inter lin. 1 et 2. inseratur:

19* *macrocephala* (Jacquem. Catal. n. 2000 *) Bess. Monogr. ined. c. icone.) herbacea, multicaulis, diffusa, incana; calathidiis subglobosis, maximis, cernuis, racemosis; peri-

cliniis bracteolatis, bracteis squamisque exterioribus linearibus obtusis, interioribus apice et lateribus scariosis, foliis pinnatisectis, laciniis 3 fidis, superioribus stipulatis, segmentis cuneato-linearibus obtusis. In lapidosis sub Hangrang. Ghauti versus Hango in tractu montium Himalaya. Medio Septembris. A. perennis, suberecta, capitulis globosis magnis lutescentibus, Pyrethri alpini odore Jacquem. l. c.

Radix tenuis, simplex, multiceps, annua a. biennis; rarius caulis unicus, plerumque plures (in speciminibus, quae accepi, 2—7) 2—4″, diffusi, oblique ascendentes, flexuosi, teretes, striati, simplicissimi, nisi pedunculos inferiores pollicares ramos appellaveris. Folia radicalia jam nulla, nisi quaedam vestigia exsiccatorum; caulina inferiora petiolata cum petiolis folio longioribus vix 2″, superiora sessilia s. ad basin 5—3 secta, laciniis 2 cauli approximatis stipularum ad instar, lacinia media inferioribus similis at minor; floralia inferiora adhuc 5—3 secta; superiora omnino indivisa. Segmenta inferiora latiora. Pedunculi superiores proportionatim breviores, excepto terminali, iterum $\frac{1}{2}$—1″. Bracteae nunc interioribus squa-

mis periclinii aequales v. breviores; nunc et praecipue in terminalibus valde inaequales et tunc 1—2''' longiores. Flosculi lutei nudi. Clinanthium dense villosum, villo tamen periclinii squamis breviore. Achenia cuneata compressa, obtusa, disco epigyno parvo. Primo intuitu potius Cotulam refert. Tota fere inodora.

Nota *) Non confundenda cum A. *macrocephala* ejusdem n. 2195 quae est ex observatione cl. Gayi *Tanacetum longifolium* Wall. herb.

P. 265. inter lin. 3 et 4.

Etiamsi cel. Ledebour A. *multicaulem* suam dicat perennem; attamen de identitate harum specierum (A. *anethifoliae* Stechm. et *multicaulis* Led.) nequaquam dubito. Examinavi iterum copiosa specimina, quae coram me habeo. Adsunt 1 specimina (e Mongolia chinensi a Turtschan.) caule 4'' tenui sine foliis radicalibus. 2 Desunt omnino specimina cum caulibus anni praeteriti a. eorum vestigiis. 3 vidi specimina dahurica caule unico, binis et pluribus cum fasciculo foliorum radicalium ad latus a. e medio, sed e quorum centro elevatur caulis reliquis serior; ideo licet supponere, has

esse ultimas vires hujus rhizomatis 4. quod tamen nunquam vidi polycephalum s. multiceps h. e. caespitem foliorum formans. 5 specimina dahurica sunt fere glabra, altaicorum vero folia magis cinerea. 6. Calathidia speciminum altaicorum omnino eadem cum Stellerianis, tantum pedunculi breviores et rami minus patentes. Ob foliorum itaque ramificationes divergentes, quae in var. γ jam locum non habent et paniculam majorem, saepius pedalem-magis patentem - speciem condere non audeo: erit mihi itaque.

δ *multicaulis*, foliis subcinereis erectis, racemis patulis. A. *multicaulis* Led. Fl. Alt. IV. p. 60. Icon. pl. Fl. ross. alt. illustr. t. 458*. Bess. Monogr. ined.) — Monere debeo in specimine a cl. C. A. Meyer villos clinanthii esse cum flosculis caducos, ut pro calvo ab initio habuerim et vix repetito examine illos distinguere potuerim.

P. 263. lin. 10 loco *globosis* pone *subglobosis*.

Lin. 13 post *periclinii* pone *bracteolati* et deleatur *subnudi*.

Lin. 14 post *exterioribus* adde s. *bracteolis*.

post *linearibus* scribas *foliaceis.*

Lin. 15 loco *ellipticis* dicas *ovatis.*

Lin. 16 post *membranaceis* insere *tomentosis.*

Lin. 17 post *costatis* addatur *longioribus.*

Lin. 8 ab infra ante *ra-* pone *saepius.*

Lin. 6. ab infra post *laciniis* adde *linearibus et* post *filiformibus* adde *obtusis.*

P. 264. lin. 3. post *bienni* adde 6—18″.

Lin. 7. ad finem adde *Calathidia* 1‴.

Lin. 12. ad finem adde: In salsis ad Dzidam et ad salinas Selengenses Ircutiae Turtschan. —

SUPPLEMENTUM

ad Tentamen de Abrotanis.

P. 6. lin. 2. loco *Mitoviensium* lege *Mitaviensium.*

Lin. 6. loco *Kritschani* lege *Koritschani.*

P. 8. lin. 9 ab infra loco *consultam* lege *consuetam.*

Pag. 10. loco lin. 15 et 16 et loco mutationis factae jam in supplemento pone:

β β Foliis floralibus estipulatis

α Stipulis simplicibus indivisis

* foliorum rhachi simplici * *obtusiloba* et *glabra.*

* * foliorum rhachi pectinata * *afra.*

α α Stipulis divisis (foliorum rhachi pectinata)

* foliorum laciniis lineari-filiformibus (periclinii squamis extimis linearibus. * Gmelini et caschemyrica Bess.

* * foliorum laciniis lineari-lanceolatis foliatis (periclinii squamis lanceolatis) . . . . 8 *afra* Jacq.

* * * foliorum laciniis cuneato-lanceolatis (periclinii squamis omnibus obovatis) . 9 vestita β Wall.

Pag. 18, lin. 7—12 loco correctionis factae in supplemento insere :

A A Foliis caulinis quinatisectis, laciniis tripartitis, trifidis integrisve β foliis floralibus stipulatis (calathidiis $1\frac{1}{2}'''$) 61* caespitosa Ledeb.

— B Hic inserenda omnia in supplemento

β β foliis floralibus estipulatis (calath. 3—4''') 62 trifurcata Steph.

pag. 11. loco lin 12. insere:

ʌ ʌ foliis bipinnatisectis

α elata (panicula terminali) * *procera Ledebouriana.*

α α humilis (panicula virgata) * *obtusiloba* ** *glabra.*

p. 12. loco lin 1 pone:

. . rhachi pectinata (foliis stipulatis.)

- foliorum segmentis lineari-lanceolatis (calathidiis $1\frac{1}{2}$'''). . * *afra.*

- - foliorum segmentis linearibus elongatis (calathidiis plus 2.''') . . . . . * *macrantha.*

lin. 6. confer correctionem p. 88.

p. 13. inter lin. 2 et 3 pone: v foliis membranaceis

loco lin 11 et 12 pone

ʌ foliorum segmentis linearibus approximatis parallelis

- subtus incanis . . 20 pontica L,

- - concoloribus (panicula laxa) . . . * *multicaulis Led.*

inter lin. 15 et 16. insere

v v foliis carnosis . . * *succulenta.*

lin. 11 ab infra loco ** *caule nudo*

pone ** *caule subnudo.*

loco lin. 10 ab infra pone:

» periclinii squamis glabris

○ foliis pinnatifidis 23 dubia Wall in lit *)

○ ○ foliis bipinnatifidis

- glabris . . 26. latifolia Led. * (punctata prius.)

- - subsericeis 23 insipida Vill.

» » periclinii squamis villosis * *insipida* **).

» » » periclinii squamis tomentosis . . . * *vulgaris vegetior.*

P. 14, lin. 6 deleatur.

lin. 11 loco 26 *punctata mihi*

pone . . . . . * *latifolia.*

p. 15 lin. 14 ab infra loco α α pone ΑΑ.

lin. 16 ab infra loco *Douglariana*

lege *Douglasiana*

lin. 15 inter et 14 pone:

**) Ex Sprengelii System. Veget.; in specimine vero ab ipsissimo auctore in herbario Thouini squamae sunt glabrae.

— in lin. 15. deleatur: — — 40. latif

~ foliis caulinis pinnatifidis
- pinna terminali triloba 40 lactiflora Wall. in lit.
- - pinna terminali indivisa * *vulgaris* ♃ *glabra.*
~ ~ foliis caulinis bipinnatifidis (pinnis omnibus aequalibus) . . . . 40 * purpurascens Jacquem.

loco lin. 11. ab infra pone:
o flosculis nudis
ʌ pericliniis squamis exterioribus a. mediis spathulatis. 41 Pallasiana Fisch.
ʌ ʌ - - ovatis . . 41* achilleoides Turtsch.
ʌ ʌ ʌ - - lineari-lanceolatis 41** tenuifolia Jacquem.

p. 16 lin. 5. loco *semavinensis* lege *Senjavinensis*;
post lin. 10 ab infra insere:
o foliis radicalibus 3 pinnatisectis . . * *laciniata depauperata.*

p. 17. lin. 13 et 12. ab infra deleantur et substituatur:

A foliis caulinis inferioribus pinnatisectis

a profunde pinnatifidis.

- floralibus 5—3 fidis * *vulgaris* γ *minor.*

- - floralibus indivisis * *indica* 2 *Heyneana.*

pag. 17. lin. 5 loco *heterophyllae* pone: *trifurcata*.

inter lin. 9 et 10 insere:

- flosculis pilosis . . , * *trifurcata.*

- - flosculis nudis.

lin. 4 ab infra post *radicalibus* pone *trifidis a.*

p. 18. lin. 2. 58 *spicata Jacqu.* spectat ad lin. 3.

lin. 3. 59 *Baumgarteni* mihi (loco hujus substituatur 59. eriantha Ten.) et spectat ad lin. 4.

inter lin. 6 et 5 ab infra inseratur:

7 foliis membranaceis

loco lin. 2. ab infra et ultimae pone:

o ramis simplicibus (calathidiis 2—1½″)

- periclinii squamis ovatis, albo-tomentosis . . * *multicaulis* Led.

- - periclinii squamis obovatis glabris . 68 carvifolia Wall.

p. 18. lin. 7 post *caulinis* insere: qui-*natisectis, laciniis tripartitis.*

~~lin. 8 adde ad finem 62 trifurcata Steph.~~

lin. 9 10 et 11. deleantur.

inter lin. 13 et 14 insere:

α foliis pedatisectis . * *trifurcata.*

p. 19. inter lin 10 et 11 insere:

7 7 foliis carnosis 73* succulenta Led.

p. 22. lin. 2. confer addenda p. 87 dein adde:

Et haec occurrit lana densa periclinio longiore e clinanthio sese evolvente, uti in *A. lagocephala.* Dum achenia acute costata quasi e plicis epicarpii laxi et pappo membranaceo sublobato terminata, disco itaque epigyno magno, forsan potius ad Tanaceta relegenda, si non alterius generis.

p. 23. lin. 2. ab infra post *Hispania* adde:

In regno Murcia Dufour. In collibus Orcelitanis Lag. (A. cernuiflora Desf. herb.)

p. 24. lin. 13 post *Arabia* adde: ubi cam Chihai a. Chihhai vocant Gay in lit.

lin. 17 confer addit. p. 87.

p. 25. lin. 8. post *falcatis* pone: *rhachi pectinata.*

post *simplicibus* pone: *et divisis*

lin 7. ab infra loco *multifidis* pone: *submultifidis*

p. 26. lin. 5. adde: huc A. *abrotanoides*, herba basi lignosa, suffrutexve, ½ pedalis, Odor perfecte A. Abrotani. In India orientali septentrionali circa Naïnntar 29 Maji 1830 Jacquem. Cat. n. 871.

lin. 6. loco *spicata* pone: *oblonga.*

lin. 7. adde: Ad sepes in montium regni Cachemir valle Sind; ½ Augusti 1831 (nondum florens) A. perennis, erecta, 3 pedalis et altior, caulibus omnibus floribundis Jacquem. Cat. fasc. 11. n. 943 — Ad sepes et in sylvestribus lapidosis inter Pecca et Schergaon in valle Palar (Himalayae) d. 6 Octobris 1830 frequentissima. Jacquem l. c. n. 2265.

lin. 5. ab infra post *obtusae* adde: *saepius crenato-serratae.*

p. 27. lin. 2. post *acutis* adde: externe inciso-serratis

inter lin. 2 et 3 insere:

Eadem est A. *abrotanoides* (nomen hoc specificum pluribus speciebus et varietatibus dedit) radice magna lignosa, caulibus annuis erectis, floribus luteis. Planta gratissimo odore Abrotani. Habitat in vallibus apertis 4000 metr. s. m. inter Hoobio, Ghauti et Doubling 14 — 23 Augusti 1830 Jacquem. Catal. n. 1895.

δ *Jacquemontiana* eadem ac insequens hacce solum cum differentia, quod calathidia sint parum minora, petioli foliorum alati et folia subtus incana. A. *abrotanoides*, perennis, basi lignosa, erecta, floribus luteis, odore Abrotani. Inter Riu et Yurpo secus torrentem ejusdem nominis, in montibus Himalaya 9 Aug. 1830 Jacquem. Cat. n. 1740 et A. *abrotanoides* perennis erecta, ramis erectis, basi lignosis, flores lutescentes, odor gratissimus A. Abrotano simillimus. In lapidosis apricis calidis vallium 3400 metr. s. m. circa Kanum 20 Sept. 1830 Jacquem. Cat. n. 2027.

ε Turtschaninoviana vide addit. p. 87.

lin. 4. loco *coarctatis* pone: *subcoarctatis.*

lin. 7. loco *tripinnatisectis* pone: *bi-tripinnatisectis.*

lin. 9. adde ex addit. p. 88.

lin. 11. post *baseos* adde: *indivisis.*

post lin. 13 insere:

Racemo simplicissimo a. basi ramoso, foliis bipinnatisectis: spithamaeam legit in Mongolia chinensi Turtschan.

lin. 8. ab infra adde: Abs. Tanaceti folio pallidum, odore seminis Contra. Stell. Ind. Jenis.

pag. 27. post. var. ε. A. *Gmelini* insere:

η caschemirica (Bess. Monogr. inedit) Eadem fere ac ε Turtschaninoviana et non videtur diversa quam calathidiis minoribus vix $1\frac{1}{2}'''$, foliis subtus manifestius incanis, stipulisque saepius praesentibus basi indivisis, patentissimis, apice inaequaliter fissis, estque: A.... suffrutex 3—5 decimetrorum, ramis erectis, foliis in sterilibus confertis, paniculis caulis lutescentibus. An A. Abrotanum? Odor similis Jacquem. Catal. MS. fasc. II. n. 937. In regno Caschemir circa . . . frequentissima in pla-

nitie et in vallibus montium 22 Aug. 1831. Idem. Specimen vix florens est bipedale. Stipulae lineares 2‴, apice trifidae, tamen non ubique praesentes.

p. 28. lin. 5 ante *Gmel.* insere: Reichenb. Icon. pl. crit. t. CCCX. f. 483.

inter lin. 11 et 10 ab infra insere:

Cel. Ledebour in Fl. Alt. IV. p. 72 distinguit 3 varietates A. *sacrorum*: *α latilobam*, *β intermediam* (huc Gmelinum et Reichenbachium citat) et *γ minorem*. Specimina, quae hucusque vidi, ambiguunt inter *α* et *β*: in siccis etenim colorem foliorum discernere amplius non valeo; forma vero et divisio foliorum nimis variabilis. In eodem folio adsunt laciniae integrae, serratae et pinnatisectae; aeque variat numerus pinnarum a 9 ad 15, extimis saepissime solum serratis a integris eo ipso plus minusve distantibus in eodem specimine. Var. *γ* foliis brevi tomento subtus incanis calathidiisque hemisphaerico-globosis $\frac{5}{4}$‴ longis, 2‴ diametri notabiliter a prioribus est distincta, in qui-

bus calathidia potius ellipsoideo - globosa $1\frac{1}{2}'''$ longa, $1'''$ diametri.

p. 30. lin. 12 ab infra post 1827 adde A. *procera* Ledeb. Fl. alt. IV.

p. 31. lin. 11. ab infra loco *Vir* lege *Vis*.

p. 32. lin. 1. loco *fore* pone *esset*.

lin. 12 adde: Patriam notavi ex Willdenovio et Sprengelio: at in nullo herbario parisino exstat spontanea, nec cel. auctores Florae gallicae (De Candolle, Lamarck, Duby) eam videre spontaneam. In solo herbario A. Brongniarti vidit cl. Gay specimina spontanea e valle Recorao in septentrione urbis Vicentia Ducatus Mediolanensis. Eam Monspelii non crescere spontaneam asserit idem Gay; imo sub hocce nomine saepe accepi A. *camphoratae* varietates.

lin. 9. ab infra. *Nota* ad A. *Lobelii*.

In praefatione Dissertationis de *Seriphidiis* p. 8. quam conferre velis, putavi *Lobelii* ad mentem optimi Fischeri, dissolvendam esse in A. *Lobelii* (europaeam) et *chamaemelifoliam* (orientalem) at cl. Gay me certiorem fecit, A. *chamaemeli-*

foliam Lam. s. Abrotanum orientale chamaemelifolium Tournef. Coroll. p. 34 esse omnino eandem cum planta Villarsii (A. *chamaemelifoliam* β Lam.) nec vidit possibilitatem eas distinguendi qua varietates; neque ab hisce A. *Lobelii* specifice est distinguenda: differentia etenim iconis paratae ad specimen ab ipsissimo Allionio in herbario d. Lemonnier nunc Musaei Delessertiani ex solo sterili provenire debuit; hinc inflorescentia simplicior et foliorum pinnae minus divisae. Dum nomen *chamaemelifolia* est antiquius, nam d. Lamarckius in opere (Encycl. meth), a 1783 citat adhuc prospectum Florae Delphinatus anteriorem et Allionius edidit floram pedemontanam 1785 neque hujus speciei dedit descriptionem et synonymum Lobelii citatum aeque ac alia ad A. *camphoratam* spectant. Varietatibus itaque adhuc addenda:

δ *pedemontana* (Bess. Monogr. ined. c. icon. A. *Lobelii* All. Fl. Pedemont.) periclinii squamis var β, inflorescentia racemosa, foliis subbipinnatisectis.

p. 33. lin. 10. post *pilosulis* adde: *imo glaberrimis.*

p. 34. lin. 14. ab infra loco *c. icon.* pone: Led. Icon. Fl. ross. alt. illustrant. t. 452*

lin. 6. ab infra loco *locum Tschumasof* pone: *lacum Tschumasof.*

Ad finem adde: β altaica (Bess. Monogr. ined.) differt foliis et supra cinereis, saepius subtripinnatisectis, rhachi fere pectinata et petiolis foliorum superiorum alatis $\frac{2}{3}'''$ latis. Foliis itaque valde accedit ad A. *Messerschmidtianam* et *viridem latilobam*; at segmenta sunt angustiora et longiora, rhachis rare pectinata et calathidia majora nec non juniorum flosculi apice constanter incano-pubescentes, de quo tamen charactere silet auctor Florae altaicae.

pag. 35. lin. 6. ante *lanceolatis* insere: linearilin. 7. ante bipinnatisectis insere: trilin. 12 loco α *sibirica* scribe: α *samamisica*: nam alpes samamisicae non sunt in Sibiria, sed in provincia persica Gilan in latere meridionali maris caspici. Confer quoque addit. p. 89.

pag. 37. lin. 12 adde: nec non *C. A. Meyer.*

lin. 14 adde: In deserto Jaicensi Georgi (Willd. herb. ex adnot. Illm. Steven).

ad Abrotana fruticosa spectare & paniculaeformem Dl. Samamisica

p. 38. lin. 2. adde:

β calathidiis fere 2''' et foliorum segmentis remotioribus magisque elongatis; hinc quasi intermedia A. *macrantham* inter et *ponticam* est planta a cl. C. A. Meyer ad Caucasum lecta et alio nomine A. *altaicae* Fisch. (Desf. Catal. 1829 p. 160*) in horto regio parisino culta, cujus specimen cl. Gay mecum communicavit.

lin. 3. ad *A. Ludovicianam* Meam plantam esse diversam ab illa cl. Nuttallii monet cel. Hooker in Flora bor. amer. 1. p. 322 atque eandem esse cum *A. discolore* Douglasii in herb. Hookeri.

Planta missurica differt omnino foliis latis integris, rarius pinnatifidis utrinque tomentosis. Hook. l. c.

p. 40. inter lin. 7 et 8 insere:

23 * *insipida* (Villars. Fl. Delphin. III. p. 249. t. 35. * Bess. Monogr. ined. c. icone) herbacea, subsericea, calathidiis spicato-racemosis, paniculatis, globosis, parvis, cernuis; periclinii squamis subrotundis scariosis, panicula stricta subfoliosa, foliis caulinis bipinnatifidis, floralibus pinnatifidis, segmentis linea-

ribus a. lineari - lanceolatis. In montibus Delphinatus Vill. et in Oelandia (v. sp. s.)

Maxime affinis est A. *latifoliae* Led. var α et β (*punctatae* var β δ Tent. de Abrot.), a quibus differt vestitu foliorum, laciniis magis elongatis linearibus, rhachi edentata et calathidiis minoribus vix 2″. Rhizoma et huic horizontale. Oelandica (A. *punctata* ε *oelandica* Tent. de Abrot. p. 44. A. *laciniata* Wahlenb.) fert foliorum magis villosorum pinnas et segmenta magis approximata et haec breviora atque paniculam crassiorem tantum basi foliosam.

Post hanc locanda est

26 *latifolia* (Led. Fl. alt. IV. p. 70 non Mém. de l'Acad. des Sc. de S.-Pétersbourg. A. *punctata* Tent. de Abrot. p. 43 exclus. var γ et ζ ad A. *tanacetifoliam* L. *) et var ε ad A. *insipidam* spectantibus).

p. 40. lin. 14. post *foliis* adde *inferioribus*

post tripinnatisectis adde a. tripinnatifidis varietates modo sequentes distinguendae loco priorum

α *Willdenoviana* (Bess. Monogr. ined. c icon. Tent. de Abrot. var α, γ et δ.

*) A. *Krascheninnikovianam* Tent. de Abrot.

A. *laciniata α glabriuscula* Led. Fl. alt. IV. p. 76.

β *Ledebouriana* (Bess. Monogr. ined. Tent. de Abrot. var β. A. *laciniata β incana* Led. Fl. Alt. IV. p. 76.

γ *Wallrothiana* (Bess. Monogr. ined. A. *Mertensiana* Wallr. et Tent. de Abrot. p. 68. n. 52. A. *laciniatae* var. Reichenb. Fl. Germ. exsicc. p. 220) pumilä, digitalis a. spithamaea; at culta Cremeneci jam 1½′. Folia 2—3 pinnatifida segmentis brevibus. Inflorescentia in spontaneis racemosa, in cultis panicula subaphylla: Colo A. *laciniatam* e seminibus cel. Ledebourii foliis etsi majoribus, caeterum omnino hanc referentem, quam A. *Krascheninnikovianae* var. δ esse in Tentamine de Abrotanis putavi. Confer quoque notam p. 46.

δ *Turtschaninoviana* spithamaea; rhizoma rectum, apice multiceps; caulis violaceus, folia bipinnatisecta; calathidia racemosa, 2½‴. In Mongolia chinensi legit Turtschan.

P. 41, lin. 8. ab infra post *dentatis* adde: *radice repente.*

lin. ultima loco *Ircutia* pone: *Dahuria.*

P. 42. lin. 5. loco *kenses* scribe *zenses.*

lin. 10 loco *Billingii* lege *Billingsi.*

lin. 11 ab infra adde: *Turtschan.* dein: Huc spectant specimina A. *macrobotreos* Led. Fl. Alt. ab ipsissimo auctore et a cl. C. A. Meyer communicata. Descriptio vero et citata non excludunt var. ε *latifoliam* atque icon Gmelini ad eam citata formam maxime latifoliam hujus potius repraesentat:. Confer Additam. ad A. *tanacetifoliam.*

lin. 5 ab *In culta* incipiens lin. 4 et 3 ab infra deleantur. Confer. A. *laciniatae* var. γ.

p. 43. lin. 7 adde: Huc spectat quoque A. *punctatae* var. *et Stelleriana* β *baicalensis* (Bess. Monogr. ined. c. icon. A. *punctatae var.* β *baicalensis* Tent. de Abrot. p. 44) Etsi foliis et calathidiis minoribus appropinquat ad A. *laciniatam*, ob radicem tamen repentem, uti in A. *macrobotr.* et calathidia majora iterum in speciminibus Turtschaninovianis hunc locum sibi vindicat. Cuncta impressa s. glandulae resinosae et granula resinosae aeque in hac quam in var. γ obveniunt etiamsi a cl. Wallrothio illarum praesentia negatur lin. 9. loco *suffruticosa* pone *herbacea*

lin. 11. loco *aphylla* pone *subaphylla*
post *squamis* adde *late ellipticis*
lin. 12 post *carnosulis* adde: *resinoso*
lin. 14 post *acutis* adde: *rhachi subdentata*
lin. 13 ab infra loco α pone γ
ante *Folia* insere: Caules superne, folia floralia et pedunculi villosi.
lin. 15 ab infra post *dentata*, adde: Periclinii squamae extimae s. brateolae villosae
lin. 7 ab infra loco β pone α
ante *Folia* inseratur: *glabra*

p. 44. lin. 5 post *pilosa* adde: *copiosis punctis resinosis utrinque adspersa*
lin. 9 post *foliorum* adde *longe, patuli*

lin. 6 ab infra: A. *armeniaca* Lam. Encycl. meth. . . et Abs. orientale, incanum, Tanacetifolio inodorum. Tournef. Coroll. p. 34 ex comparatione speciminum herbarii ejusdem omnino spectant ad var. α et β A. *canescentis* meae, quae ex specimine communicato a D. Sprengelio est quoque planta Willdenovii. Excludendum fors qua dubium synonymon Tournefortii ibi citatum; quoniam haec planta in nullo amplius herbario parisino existit. Quid vero

sit A. *armeniaca* Willd. ? Exclusis tamen synonymis, decident autoptae herbarii Willdenoviani. D. Sprengelius, qui ad A. *armeniacam* Lam. citavit A *Tournefortianam* Reichenb. horti exot. me saltem judice, nodum non solvit. (confer adhuc A. *Tournefortianam*) Descriptio Sprengelii exempto vestitu ad A. *Tournefortianam* spectat. Icon cl. Reichenbachii A. *armeniacae* certe ad nostram spectat, cui jure prioritatis Lamarckii nomen est restituendum.

p. 45. lin. 5. loco *Eversmanniana* pone *Tournefortiana* eodem jure.

p. 46. lin. 6. post *punctata* insere: *jungitur fere cum* A. *laciniata*

lin. 6. ab infra loco *Tries* lege *Fries*

p. 47. lin. 14 ab infra ad finem adde: in salsis ad Obum Patrin (A. *comosa* in herb. A. L. de Juss.)

p. 49. ad finem: Cl. Gay confirmat specimina Tournefortiana, quae d. Lamarckius tantum ut var. β A. *autriacae* distinxit et ex qua d. Willdenovius statuit A. *orientalem* suam, non differre specifice ab A. *austriaca* Jacquiniana.

— p. 49 lin 11. post specimina addit

p. 50. lin. 1. loco: *Kozinsciana* lege *Kosinsciana*

lin 13 ab infra: Amiciscimus Fischerus dubitat specimina D-ris Lubarskyi huc reapse spectare. Specimina ejus sunt cauliculi tantum foliiferi et ideo nil certi statuendum: adeoque potius patria Kamtschatka ad interim est delenda.

lin. 12 ab infra loco $1\frac{1}{2}$ pone $1\frac{1}{2}$ s. sequipedalis

lin. 3. ab infra loco *ü 88* pone 1188.

loco *suffruticosa* pone *herbacea*

lin. ultima post 490 adde:

A. *vulgaris* e Montreal Americae borealis herb. Michaux est omnino eadem cum A. *vulgari* parisina, Gay in lit. Ad circulum arcticum usque vidit D-r. Richardson; in occidenti montium scopulosorum (Rocky mountains) Douglas.

p. 52. lin. 7 ab infra: Adest in herbario capensi Burmanni inscripta: Absynthium africanum Absynthii ponticis folio. Herm. Cat. pl. african.

p. 1. teste Gayo in lit.

lin. 4. ab infra loco *Selman* lege *Zelman*

lin. ultima post *Gell.* adde: Huc A. *vul-*

garis β communis Led. Fl. IV. p. 83.
p. 53. lin. 2 loco *Rochet* lege *Rochel*
lin. 11. ante *vegetior* insere: In Americae borealis litoribus septentrionali-occidentalibus Douglas Hoock. l. c. p. 322.
inter lin. 13 et 14. inseratur:

γγ minor (Bess. Monogr. ined. c. icon. A. *vulgaris α minor* Led. Fl. Alt. IV. excl. Synon.) caule simplici 6—10″, foliis supra incanis laciniis incisis, racemo terminali subsimplice, pericliniis villosis. In deserto Kuraico dicto ad fl. Tschuia extenso. Specimen herbarii cl. C. A. Meyer omnino hujus speciei. Non esse jungendum cum A. *Tilesii*, cujus specimina ab ipsissimo auctore possideo, adhuc repeto, nec transitum ullum in illam hucusque vidi. Ut et alii judicent, iconem hujus varietatis subjungam.

lin. 12. infra ante In adde: Circa Kioviam

Bauke in herb. Imp. Univers. Charkov.

lin. 11 ab infra post (*herb. MB.*) inseratur: Circa Ircutiam director Scholarum Szczukin (lege Schtschukin).

p. 54. lin. 2. post *Mongolia* insere: Barnaul in Circulo Kolywan Gub. Tomsk., in regione altaica Patrin (Mus. Deless.)
lin. 4. ab infra loco *apelata H. Perth.* lege *apetala H. Pesth.*

lin. 3 ab infra post *Schultes* adde: In Japonia secundum specimen ab ipsissimo Thunbergio in herbario Burmanniano nunc Mus. Delessert.

p. 55 lin. 7. *Sibiriae* substituatur: ad mare Caspium: nam Gmelinus junior Sibiriam nunquam adiit.

lin. 9 Hic subjungatur A. *vulgaris γ latiloba* Led. Fl. alt. IV. p. 38 e Deserto Soongaro-Kirgisico ad rivulum Tschaganka, in qua foliorum laciniae subintegrae latiores, nec tamen abbreviatae. Similem circa Barnaul legit Patrin, cujus specimina asservantur in Mus. Delessert. Varietatibus A. *vulgaris* adhuc addenda:

η glabra (Led. Fl. alt. IV. p. 83 δ Bess. Monogr. ined.) foliorum laciniis lanceolato-linearibus subintegris subtus pericliniisque glaberrimis. In hnmidiusculis subumbrosis ad ri-

pam fl. Irtysch inter fortilitia Ustkamenogorsk et Buchtarminsk.

Lin. 12 ab infra *et in America meridionali* deleatur.

P. 56. lin. 5. adde:

In hac, quam *α legitimam* appello, laciniae terminales foliorum superiorum sunt saepius 2″ longae, $2\frac{1}{2}'''$ infra medium latae. Inter hanc et *γ mexicanam* intercedunt specimina, quae varietatem *β β* intermediam (Bess. Monogr. ined.) voco, quae fert folia subtus plus minusve albo-tomentosa, margine vix reflexo, at cujus folia caulina superiora, imo ramea sunt 7—5 secta. Huc spectant A. herba perennis, erecta, simplex, nisi apice, stricta 1—3 metros alta, caule basi foliorum, petiolis superstitibus subspinoso, floribus squalidis. Tota planta subinodora. In sylvestribus et ad vias inter Sabalon et Bar non procul a Samlah altitudine media 7000 ped. angl. 15 Octobris 1830 Jacquem. Cat. n. 2473 et alia specimina e Nepalia a cel. Wallichio et Hookero, nec non e China ab eodem Hookero.

Inter A. vulgarem et indicum in

Lin. 10. Confer praefationem dissertationis de Scriphidiis p. 8.

Confirmor adhuc magis in mea opinione de planta Willdenoviana communicatione A. *mexicanae* e H. parisino ab amicissimo Gayo, quae omnino eadem planta.

Lin. 10, ab infra loco *largis* lege *longis*. P. 57. lin. 14. post *maculati* adde:

Huic specimini, exceptis maculis, quae desunt, respondet exactissime A. *affinis*, herba perennis, sublignosa, erecta, $4\frac{1}{2}'$, floribus squalide purpurascentibus. Odor aromaticus, amarus, cephalicus, potius gratus. Frequentissime ad sepes in valle Paber (Himalayae) 6 Octobris Jacquem. Cat. n. 2272.

Inter lin. 7 et 8 insere:

♃ *Jacquemontiana* (Bess. Monogr. ined. c. icon.) foliis bipinnatisectis subtus incanis; et hujus sunt adhuc duae formae *a*. foliorum segmentis acutissimis $\frac{1}{2}'''$ latis. A. perennis, 3 6 pedalis, erecta, floribus parvulis (nondum florentes $1'''$ longi) squalide lutescentibus. Odor aromaticus, valde amarus. Cum A. *Absynthio* mixta in campestribus frequens, nem-

pe in montibus regni Caschemyr ad Calibagh ib. 20 Augusti 1831 Jacquem. Cat. fasc. II. p. 899. *b.* foliorum segmentis ovalibus, breviter cuspidatis. A. perennis erecta, ramis simplicibus, floribus purpurascentibus. Planta inodora (calathidia tamen trita inter digitos non omni carent aromate). Habitat ad ripas torrentis Katschongaron in valle ejusdem nominis (Himalayae) inter Lipi et Pangui 23—24 Sept. 1830 Jacquem. Catal. n. 2043 et A. perennis, erecta, inodora (quoque non omnino) flosculis squalide purpurascentibus. Frequens in sylvis siccis inter Pangui et Khôti (Himalayae) 27 Sept. 1830 Jacquem. Catal. n. 2079 de qua ipse Jacquemont quaerit, an eadem sit cum n. 2043. Radix lignosa nodosa. Caulis $1\frac{1}{2}$—2′. Stigmata purpurea, squamis periclinii interioribus longiora.

Huc spectant quoque alia specimina sine ulla indicatione loci in eodem herbario asservata.

34 * *Roxburghiana* (Bess. Monogr. ined. c. icon.) herbacea, caule adscendente, calathidiis spicato - racemosis, paniculatis, hemisphaericis; panicula basi foliosa, patula, flos-

culis nudis, periclinii squamis oblongis a. lanceolatis scariosis subtomentosis; foliis subtus incanis estipulatis, inferioribus bipinnatifidis, floralibus pinnatifidis, 3 fidis a. indivisis cum segmentis lanceolatis, radice horizontali. — Hujus duae sunt formae:

α *caschemyrica.* In sylvis excelsis montium regni Caschemyr ad Indum flumen inter Gombour et Bałtol. A. perennis, adscendens, subaromatica, mollis, floribus squalide purpurascentibus 27 Aug. 1831. Jacquem. Catal. n. 991.

β *Himalayca* A. *purpurascens* (alia sub n. 1635 hocce nomine describetur) perennis, erecta (caulis revera quoque adscendens) floribus pendulis (h. e. spicae juniores) squalide purpurascentibus. Planta subodora. In parte superiori vallis Paber (Himalayae) in descensu montis Bouroum Ghauti d. 3 Octobr. Jacquem. Cat. n. 2190.

Caulis in α $2\frac{1}{2}'$ in β teres striatus glaber. Folia infima (in caule brevi sterili prioris) 6—7″, petiolo 3″, in quo tamen aliquot pinnulae lanceolatae sparsae, tereti, basi dilatato. In altera folia caulina inferiora 4″. Foliorum divisio ut

in A. *Indica Heyneana* hac solum cum differentia, quod hic pinnae ultra pollicares sint pinnatifidae laciniis lineari - lanceolatis, infimis incisis; caulina superiora sunt breve petiolata, minus divisa. Rhachis paniculae 1′ est canescens. Calathidia rariora et majora $2\frac{1}{2}'''$ in α, copiosiora, magis conferta et minora (nondum bene evoluta) $1\frac{1}{2}'''$ diametri in β. Periclinii squamae plus minusve tomentosae, extimae dorso virides, lateribus fuscae, interiores medio fuscae, lateribus pallidae. Etiamsi foliis vix differat a varietate ultima A. *indicae*, attamen radice horizontali repente, foliis estipulatis, spicis (junioribus) confertis, vix apice cernuis, calathidiisque hemisphaericis in α duplo majoribus sufficienter distincta videtur.

Lin. 7. ad A. *gratam Nota.* Secundum herbarium indicum Burmannianum in Museo Delessertiano apparet hanc esse A. vulgarem (indicam). Florae indicae ejusdem (Lugd. Batav. 1768* et moxam indicam horti Malab. Vol. X. p. 89 n. 45* atque aeque ut A. *Chinensis*, et *Moxa* adhiberi ab incolis ad parandam moxam. Unum specimen est e Java et aliud e Pondischery a Commersonio communicatum.

— p 69 inter A. longifolam & Dorthean

P. 60. lin. 4. post *ined.* adde: A. *integrifolia* Dr. Richardson Hook. Fl. bor. amer. I. p. 323.

P. 61- inter lin. 9 et 8. ab infra insere:

40 * *Purpurascens* (Jacquem. Catal. n. 1635. Bess. Monogr. ined. c. icon.) herbacea, stricta, glabra, calathidiis spicatis, paniculatis, ovoideis; paniculae ramis (junioribus?) cernuis; periclinii squamis scariosis, nitidis; foliis caulinis (mediis) sessilibus bipinnatifidis, segmentis linearibus acutissimis. — Circa agros inter Soongnum et aestivalem vicum Oumse sub monte Hangrang Ghauti Himalayae. Herba perennis, 3 pedalis et altior, caulibus strictis virgatis, foliis grato odore Abrotani, floribus purpurascentibus. 3 tio Augusti 1830 Jacquem. l. c.

Caulis teres, subangulatus, fortiter striatus, purpureo-violaceus. Folium infimum in meo specimine sat juvenili $2\frac{1}{2}'$ alto, breviter petiolatum cum petiolo $2'''$ est $4'''$, ambitus ovato-lanceolati, segmentis lateralibus $2-3'''$ longis, $\frac{1}{3}-\frac{1}{2}'''$ latis, terminalibus $3-6'''$ longis $\frac{2}{3}-\frac{3}{4}'''$ latis. Superiora minus divisa et in floralibus simpliciter pinnatisectis patentibus imo

patentissimis, lacinia terminali 8‴. Panicula 10″, ramis infimis 1″, mediis $1\frac{1}{2}$″. Spicae ob calathidia conferta 3‴ diametri. Pedicelli brevissimi vix $\frac{1}{2}$‴. Calathidia 1—$\frac{5}{4}$‴ longa, vix 1‴ diametri. Squamae periclinii ellipticae, sordide albae, dorso macula oblonga viridescente.

p. 62. inter lin. 14 et 15 inseratur:

41 * *Achilleoides* (Turtschan. Bullet. Soc. Imp. Natur. cur. Mosqu. V. p. 193. Bess. Monogr. ined. c. icon.) suffruticosa erecta; calathidiis corymbosis, terminalibus, hemisphaericis; periclinii squamis scariosis, basi incanis, apice nitidis, costa viridi, exterioribus lanceolatis, interioribus ovatis, apice denticulatis, foliis incanis subsericeis caulinis mediis bi-, inferioribus et superioribus simpliciter pinnatisectis, segmentis lineari - oblongis. — In Mongolia Chinensi ad stationem Mogoitu. Turtschan. l. c.

Caudex lignosus depressus, ex quo cauliculi plures erecti a. patuli 3—6″ aeque incani ac folia stipulata, stipulis indivisis; media $\frac{3}{4}$″, reliqua $\frac{1}{2}$″ segmentis 2—3‴ longis, $\frac{1}{2}$‴ latis. Cauliculi nonnulli terminantur calathidio unico, alii 4, in aliis corymbus est compositus (Turtschan l. c.) Calathidia 3‴ longa,

2''' diametri. Flosculi flavi. Pappi nullum vestigium et videtur adesse quaedam constrictio inter ovarium et tubum corollae: at in meo specimine flosculi vix sunt evoluti. Ab A. *fasciculata* et forma periclinii et inflorescentia nec non divisione foliorum sat differt. A. vero *Athanasia* s. *Tanacetum fruticulosum* Led. nec hujus est sectionis.

41 ** *tenuifolia* Jacquem. Cat. n. 2053. Bess. Monogr. ined. c. icon.) suffruticosa patula, calathidiis corymbosis terminalibus hemisphaericis, periclinii squamis lineari-lanceolatis, margine sphacelatis dorso incanis; foliis incanis subsericeis bipinnatisectis; inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus, bracteis segmentisque linearibus obtusis. In altissimis ventosis Himalayae ad Keyrie Pass inter Lipi et Rarang in altitudine 2000 orgyar. Rhizoma lignescens fuscum multiceps, copiosas radiculas tenues rectas, pallide fuscas, 3—5'' emittens. Caules plures patuli, 3—5'', teretes aeque ac folia incana. Folia infima cum petiolo vix $\frac{1}{2}$'', media rarius $1\frac{1}{2}$'', summa gradatim minora. Petioli $\frac{1}{2}$'' superiora sessilia h. e. pinnuulae aliquot indivisae cauli approximatae a reliquis

distantes. Folia ambitu breviter ovata, obtusissima. Segmenta 2—3''' longa, $\frac{1}{3}$''' lata. Corymbus basi foliosus, compositus, 2'' diametri. Bracteolae periclinium subaequantes. Calathidia subglobosa 3'''. Flosculi aurei. Ovaria obovato-lanceolata, disco epigyno parvo. Pappi vestigium nullum. Ea acute angulata dicit cl. Gay, quod distinguere non valui.

lin. 13 ab infra *c. icon.* deleatur et substituatur: *Tanacetum incanum* Desfont Choix des plantes du Corollaire de Tournefort 188. p. 47. t. 46*.

p. 63. inter lin. 2 et 3. inseratur:

Repetito examine distinxi A. *fasciculatam* ibericam ab armeniaca inflorescentia, calathidiis at acheniis at specimina nonnulla e montibus salsis ad salisfodinas Kulpenses jam ambiguunt inter utramque inflorescentia et non sunt eo usque evoluta, ut acheniis possint distingui: ideo haesito, an specifice debeant distingui?

α *Iberica* suffruticosa, erecta; calathidiis corymbosis fasciculatis, subsessilibus, subpaniculatis, ovatis; periclinii squamis convexis

oblongis sericeo - pubescentibus subscariosis, foliis sericeo incanis 3—5 partito multisectis acheniis cuneato - lanceolatis obtusis rectis ancipitibus.

β *armeniaca* suffruticosa, erecta, calathidiis racemoso - corymbosis paniculatis oblongis; periclinii squamis convexis oblongis sericeo-pubescentibus, interioribus scariosis; foliis incanis 3—5 partito - multisectis acheniis obovatis obliquis depressis.

lin. 4 ab infra loco *Rumanzovii* lege *Romanzovii.*

P. 64, lin. 5. ab infra post *herb.* insere *Stev.*

P. 65, lin. 11. loco *Semavinensis* lege *Senjavinensis.*

Lin. 11 ab infra loco *Semavin* insere *Senjavin*, quod est sub 64° lat. bor. inter fretum Beringii et Kamtschatkam prope ostium fl. Anadyr et formatur a terra firma et duabus insulis in magno sinu locatis. (Fisch. in lit.)

P. 66, lin. 5. *arctica* mutanda in *Richardsonianam.* Confer Hook. Fl. Bor. Amer. I. p. 323.

P. 67, lin. 10. ab infra post *A* pone (.).

P. 68, lin. 7 notare debeo me hic citasse Allionium ex Stechmanno: at revera huc spectat Flor. Pedem. n. 608. tab. 10 f. 3. Cl. Gay bene monet, Linnaeum non habuisse ideam claram de A. *tanacetifolia* sua; nam in prima editione specierum plantarum citat Gmel. Fl. sib. II. t. 58, quae est *Krascheninnikovianae* var. ε *latifolia* s. A. *macrobotrys* Led. Fl. alt. et in altera adhuc Allion. var. stirp. Specim. I. 1755 p. 6. t. 2. f. 1. (Fl. pedem. t. 9. f. 1) quam A. *nanam* Gaud. esse puto. Allionius vero nomine A. *tanacetifoliae* descripsit aliam plantam in Flora pedem. tab. 10, f. 3 adumbratam, ad quam citat Linnaeum at injuste; etiamsi haec planta aliquam cum sibirica habet affinitatem. Hanc plantam Allionius et Villarsius hocce sub nomine descripserunt et haec est A. *atrata* Lam. Encycl. meth. ideo potius nomen Linnaeanum applicandum est ad plantam sibiricam et pro pedemontana conservandum est nomen Lamarckii.

lin. 4 ab infra. A. *Mertensianam* facio varietatem A. *laciniatae* ducibus Wah-

lenbergio, Reichenbachio et Ledebourio atque reapse cultura ille racemus simplicissimus abit in paniculam aphyllam racemosam.

p. 70. lin. 6. loco *aurescentes* lege *accrescentes*

lin. 16. Cel. Ledebour in Fl. Alt. IV. p. 82 declarat eam pro varietate α minore A. *vulgaris*, me tamen dissentiente. Conf. A. *vulgarem*. lin. 8 ab infra loco ε *kuragiusky* lege *ex Insula Koraginsk.* Confer quoque Addend. p. 89.

lin. 7 ab infra loco *ad fretum* scribe *ad isthmum*

lin. 5 ab infra loco *Lûthe* lege *Lûtke*

p. 71, lin. 10 ab infra loco *tlosculi* lege *Flosculi*

Kuragiusky corrigatur hic et ubique ut supra.

p. 72, lin. 4 loco *Dracucunlorum* lege *Dracunculorum*.

p. 73, lin. 12 ab infra. Nomen A. *Baumgarteni* est mutandum in A. *eriantham* Ten. illi anterius. Hic primum hanc Artemisiam hocce nomine salutavit in Indice seminum h. r. Neapol. 1830, p. 14* dein

Prope A. Tilesii inserenda est

in Viagg. in Abruzz. 1830. p. 91* denique in Syllog. 1831, p. 418*.

Lin. 11 ab infra post p. 74 insere: exclusis synonymis (Gay in lit.) plurimis *). Spectata ad lin

p. 75, lin. 3 loco *borealem* pone *arcticam.*

lin. 9 ab infra post *inedit.* pone *c. icon.*

p. 75 ante lin. 6 ab infra insere:

Specimina lecta ab Ill. Turtschaninovio in alpe ad fl. Gremiatschaia A. 1834 omnino sunt intermedia inter A. *heterophyllam* et *trifurcatam.* Folia radicalia ferunt unius alteriusque speciei in uno eodemque specimine, in alio solius A. *trifurcatae,* in tertio tantum trifida. Calathidia sunt racemosa in specimine foliis variis, spicata in reliquis. Periclinii squamae sunt A. *trifurcatae.* Calathidia vero quoad magnitudinem differunt ab utraque; nam vix diameter 2''' est major. Est haec itaque A. *trifurcata* parviflora, foliis et A. *trifurcatae*

---

*) Citat huc A. *mutellinam* Vill. *splendentem* W. *furcatam* M. B. *alpinam*, *caucasicam* et *lanatam* W. *glacialem* L. aliasque ad has spectantes: Res clara, quod optimus Rochelius plures harum nunquam viderit.

et A. *heterophyllae.* Cum tanta sit variabilitas squamarum periclinii in A. *Ghamissoniana*; ergo et hae ob solum colorem squamarum periclinii non amplius specifice sunt distinguendae; varietatibus itaque addenda est:

2 *Turtschaninoviana* heterophylla (foliis trifidis, pedatisectis et subbipinnatisectis) calathidiis minoribus, squamis periclinii margine sphacelatis. Et ipsa A. *trifurcata* statuit ejusdem speciei varietatem α *Stephaniana*, foliis pedatisectis, calathidiis racemosis cernuis.

p. 75 ante A. trifurcatam insere:

61 * caespitosa (Led. Fl. Alt. IV. p. 80 Icon. pl. Fl. ross. alt. illustr. t. 472 Bess. Monogr. ined.) caespitosa, albosericea; calathidiis subspicatis ovato-subglobosis suberectis; periclinii squamis scariosis exterioribus ovatis; interioribus ellipticis ciliatis; caulibus herbaceis erectis simplicissimis; foliis radicalibus integris vel tripartitis, caulinisque inferioribus tri-quinquepartitis petiolatis; superioribus floralibusque tripartitis integrisve utrinque stipulatis, stipulis bipartitis, segmentis omnium sublinearibus acutis. — In limoso-salsis sterilissimis deserti

editi ad fluvium Tschuja extensi cl. Bunge l. c. qui benevole mecum communicavit hujus specimina florentia.

Etiamsi divisione foliorum *A. trifurcata* affinis esse videtur; est tamen diversissima, vestitu incano, sericeo, magnitudine, praesentia caulium sterilium, foliis superioribus stipulatis et parvitate calathidiorum, quae vix $1\frac{1}{2}'''$.

P. 76 deleatur additamentum ad lin. 2; nam adhuc dubius sum de A. *caespitosa* Led. Fl. Alt. IV. p. 80. n. 13. Icon. pl. Fl. ross. alt. illustr. t. 472*.

lin. 11 ab infra ante Wallr. insere: *Fries.* Confer quoque Addend. p. 89.

P. 77, lin. 4 adde: ovarium obovato-oblongum, etsi utrinque aeque ac tubus corolla inflatus rotundatum; attamen basi sat larga sunt juncta. Achenium non vidi: at nec pappi nec costarum vestigium ullum.

P. 78, lin. 4 et inferius ubique loco *freti Kotzebuensis* pone *isthmum Kotzebuensem*,

P. 79, lin. 9 ab iufra post *distat* pone *a.*

P. 80, lin. 10. A. *Kotzebuensis* eliminanda. Confer Praefationem ad Seriphidia p. 8.

P. 81, lin. 4. ab infra post *Ircutia* insere: Demidof (Mus. reg. Paris.)

Lin. ultima ab infra. Ante *In* inseratur: In Gandtha Iberiae (herb. Imp. Univers. Charkov.)

P. 82, lin. 3. loco *Kochel* lege *Rochel.*

Lin. 8. ab infra. Circa culta in valle Laloungho altitudine 13000 pedum angl. circa Spiti Tatariae 4 Sept. 1830 A. *pinnatifida* Jacquem. cat. n. 1952.

P. 83. inter lin. 9 et 10 adde:

Nota 2. Ad hanc spectat Artemisia orientalis Tanaceti folio inodora Tournef. Coroll. p. 34* et specimen in herbario conservatum est omnino nostra planta. D. Desfontaines in Supplemento Catal. horti reg. paris. eam sub hocce nomine enumerat.

Lin. 11. loco et *Moo* lege *cl. Hoo.*

P. 84, lin. 6. post *l. c.* adde: In Mongolia chinensi Turtschan., ubi pumila vix 3″.

Lin. 4. ab infra post *Kiachtam* adde: In Mongolia chinensi Turtch.

P. 85 inter lin. 1 et 2. insere:

73* *succulenta* (Led. Fl. Alt. p. 81 Icon. pl. Fl. ross. alt. illustr. t. 474* Bess. Monogr. ined.) herbacea, junior albo-villosa, demum glabrata, calathidiis mediocribus globosis cernuis, racemosis, paniculatis, pericliniis bracteolatis, bracteolis linearibus obtusis squamas ellipticas albo-tomentosas lateribus scariosas non aequantibus; caulibus ascendentibus ramosissimis; foliis carnosis, radicalibus tripinnatisectis, caulinis mediis pinnatisectis segmentis omnium floralibusque obovato-oblongis subtrilobis v. obovato-cuneatis incisis. In deserto Soongoro-Kirgisico occidentali ad lacus salsos C. A. Meyer. l. c.

De duratione Ill. Ledebour dubius, an sit bi-an perennis; folia tamen radicalia cum petiolo 6″ in planta florente 6—10″ evanescunt. Calathidia 2—3‴. Odor totius plantae recentis gratus fere Menthae piperitae (Led. l. c.) in exsiccata fere nullus.

Lin. 2. ante *fa* pone *herbacea.*

Lin. 4. loca *squamis exterioribus foliaceis* pone bracteolatis, bracteis saepe cucullatis.

Lin. 5. ante *interiores* pone *squamas.*

ante *foliis* insere *Caule herbaceo stricto.*

Lin. 2. ab infra ante *flosculis* pone *in.*

P. 86, lin. 3. loco *d. Schlechtendalii* lege *cl. Schlechtendalii.*

Lin. 10 ad *Tanacetoidum* adde *notam* *).

Lin. 14, adde ad Abrotanella *notam.*

Abrotanella Cass. est genus nec sub Artemisiis Linnaeanis militans ergo nequaquam idem cum Seriphidiis meis uti citat cl. Lessing l. c. p. 211.

SUPPLEMENTUM

ad Dissertationem de Seriphidiis.

P. 8, lin. 12. loco *Synatherearum* lege *Synantherearum.*

P. 10, lin. 2 ab infra loco *agnoscerin* lege *agnoscerem.*

P. 11, lin. 5 loco *sucica* lege *suecica.*

P. 13, lin. 4. loco *Leacheanam* lege *Lercheanam.*

P. 18, lin. 8 deleatur et pone:

- - foliis partitis

---

*) Cl. Lessing subgenera haec transfert ad Tanaceta in Synopsi generum compositarum p. 265.

— lin 8 loco Ignaphalioides Kett. pon

» bipinnatisectis . . . 2* Senecionis Jacquem.

» » tri-quinquepartitis . 2 Athanasia mihi.

inter lin. 9 et 8. ab infra insere:

- - foliis caulinis tripartitis (infer. 3 fidis) . . 4* Oliveriana Gay.

P. 19. loco lin. 4 et 5 pone

* segmentis teretibus (4 costatis) . . . . . 5 aragonensis Lamk.

* * segmentis linearibus (supra canaliculatis subtus costatis).

ʌ squamis periclinii subrotundis gibbosis

α foliis caulinis glabris (lacinia media pinnatisecta).

» segmentis indivisis (calathidiis densis) 5* Lippii Jan *).

» » segmentis trifidis (calathidiis sparsis) 5** Sieberi mihi.

α α foliis caulinis incanis (lacinia media bipinnatisecta) . . . . 5*** Billarderiana mihi.

ʌ ʌ squamis periclinii oblongis carinatis . . . * *palmata.*

Nota *) Hanc et duas sequentes species huc refero, etiamsi flores evolutos hucusque desidero, ob magnam affinitatem cum A. *aragonensi* inter lin. 12 et 11 ab infra insere:

- foliis caulinis 5 partitis 7* acetica Jacquem.

- - foliis caulinis subbipinnatisectis etc.

loco lin. 7 et 8 ab infra pone

- foliis subpinnatifidis * *Oliveriana.*

- - foliis bipinnatifidis etc.

P. 20, inter lin. 5 et 6 insere:

,,, ,,, foliis caulinis 5 partitis *acetica.

P. 21, lin. 3 ab infra loco tripinnatisectis pone bipinnatisectis.

P. 22, inter lin. 1 et 2 insere:

,, ,, foliis caulinis 5 partitis * *acetica.*

inter lin. 6 et 7 insere:

* * foliis 5 partitis * *acetica.*

inter lin. 9 et 10 insere:

* periclinii squamis foliaceis margine membranaceo, nitido . . . . . 8* Barrelieri mihi

Lin. 5. ab infra loco *Hanzeniana* lege *Hanseniana.*

P. 24, lin. 1. *c. icon.* deleatur

Lin. 3 post 78 inseratur, *Icon. pl. Fl. ross. alt. illustr. t.* 38*.

Lin. 3. ab infra (,) post *significans* deleatur. post lin. ultimam adde:

2*. *Senecionis* Jacquem. (Cat. n. 1570. n. 1692. n. 2024 Bess. Monogr. ined. c. icon.) calathidiis polyanthis; pericliniis hemisphaericis subincanis corymbosis; foliis incanis subsericeis bipinnatisectis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus s. stipulatis, segmentis floralibusque cuneato-lanceolatis. — In fissuris rupium inter Kanum et Soongnoum in altitudine 4000 metr. 1 Aug. 1830 juxta declivitatem montium in altissimis ventosis inter Lipi et Karang (A. *tenuifolia major* Jacquem. Cat. n. 2053. Inter Lapaan (3500 metr. s. m.) et

lin. 4 & 5 usque deleatur & pro ne

Poyé in valle Hyphaseos (Himalayae) 8 Aug. Jacquem. Catal. *).

E rhizomate horizontali lignoso $\frac{1}{2}'$ digiti minoris crasso, tortuoso cortice atro-fusco rimoso tecta elevatur caulis flexuosus a. oblique adscendens, 2—12″ teres, canescens, basi residuis foliorum anni praeteriti tectus, foliosus, foliis tamen sat raris. Folia inferiora longe petiolata, petiolis folio longioribus $1\frac{1}{2}''$, media quoque petiolata, at pinnulis duabus indivisis petioli basi adhaerentibus quasi stipulata, superiora sessilia. Segmenta 4—5‴ longa, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'''$ lata. Ambitus folii ovatus, obtusus, vix 1″ longior. Folia superiora 1″. Corymbus simplex a. compositus e calathidiis sat breve pedunculatis, quae 3—4‴, periclinii squamae lineari-oblongae, margine sphacelato angustiore a. latiore cinctae. Ovaria apice non sunt angustata, caeterum an costata, an angulata, difficile est distinguere. Cl. Gay monet eam esse affinem duobus Tanacetis Wallichianis (*nubi-*

---

*) Eadem occurrit adhuc sub nomine *Senecionis albidi* Jacquem n. 152 in eadem collectione testante Gayo.

geno et *longifolio*) et ideo eam Tanacetis adnumerat. Ex Lessingio (Syn. gen. compos. p. 265). Seriphidia omnia corymbosa sunt Tanaceta illius sectionis, quae prius Artemisias Tanacetoideas statuere. Sed an juste? Si achenium praevalet, tunc et A. arborescens, et Fischeriana et Kotzebuensis erunt Tanaceta; si vero inflorescentia majoris agnoscitur momenti, tunc et Abrotana corymbosa hujus debent esse loci, etiamsi achenia contradicant.

P. 20, lin. 15. Secundum specimen cultum e horto parisino videtur calathidia efflorata erigi et tali modo var. β foret tantum planta adultior addenda vero:

var. γ foliis superioribus magis incisis. Stechm. Artem. n. XXXIV. p. 37. ad quam citat Barrel. Observ. 1007. Icon. t. 459.

Inter lin. 4 et 3 ab infra inseratur:

4* *Oliveriana* (Gay in lit. Bess. Monogr. ined. c. icon.) calathidiis oliganthis, pericliniis cylindraceis, spicatis, paniculatis, nitidis; foliis junioribus tomentosis, adultis denudatis; inferioribus 3-fidis, lacinia media subtridentata, superioribus 3-partitis, laciniis lineari-oblongis carinatis. In Persia septentrionali inter

Teheran et Ispahan. Oliv. in Mus. reg. Paris., unde accepi speciminulum.

E caudice lignescente ascendunt cauliculi plures spithamaei, imo pedales teretes striati nudi fere ab ipsa basi ramosi, ramulis $1\frac{1}{2}''$ junioribus tomentosis. Folia infima $\frac{3}{4}''$, versus apicem 3-fida, laciniis 2—3''' longis, $\frac{1}{2}'''$ latis Ad insertionem calathidii cujuslibet, quae sat sunt distantia et fere sessilia, bracteola oblonga, quoque carinata $1\frac{1}{2}'''$. Periclinia basi attenuata squamis extimis brevissimis rotundatis convexis, interioribus oblongis scariosis. Flosculi purpurascentes.

P. 26, ad A. caerulescentem adde: *Notam secundam.*

Cl. Lessing in Linnaea, Vol. IX. fasc. 2. A. 1834. p. 156. 164 et 190 disserens de Flora Uralis meridionalis et desertorum adjacentium, enumerat inter alias plantas quoque A. caerulescentem L. quam tamen in nullo hucusque herbario rossico qua indigenam vidi.

P. 27, post lin. 11.

Hanc circa Alexandriam in Aegypto legit d. Delile secundum fragmentum speciminis ab ipso cum cel. Richardo communicatum.

Inter α et β locum habet

α α *candicans* (Bess. Monogr. ined.) foliorum segmentis magis elongatis, terminalibus distantibus, caulinis plerumque tantum pinnatisectis. A. *ramosa* Chr. Smith in Leop. de Buch physikalische Beschreibung der Kanarischen Inseln *. Ex d. Sprengelii Syst. Veg. III. p. 493 videtur magis distare: at ex inspectione speciminum in Aldea de S. Nicola Canariae magnae a cl. Berthelot lectorum eam specifice distinguere non valeo. Specimina haec quidem non sunt sat evoluta; at vix dubitandum est, illis hunc locum debere. Huic simillima probabiliter e Hispania in herbario cel. A. L. de Jussieu inter hanc et canescentem medium tenet.

P. 28, lin. 10. ab infra: Talem in regno Valentino legit Ant. de Jussieu Octobri 1716 secundum specimen a cl. Adr. de Jussieu e herbario patris benignissime mecum communicatum.

P. 29 inter lin. 8 et 9 insere:

5* *Lippii* (Jan herb. Bess. Monogr. ined. c. icon.) calathidiis oliganthis spicato-paniculatis ellipsoideis tuberculatis, panicula paten-

tissima ramis rectis foliisque rigidis crassiusculis glabris, caulinis inferioribus pinnatifidis segmentis floralibusque linearibus. In Aegypto A. *monosperma* Spr. Syst. Veg. III. p. 491. non Delile, quae est Dracunculus, secundum specimen a d. Sprengelio communicatum.

Frutex caudice depresso, caulibus diffusis pedalibus, inferne teretibus, ramis angulatis. Folia 6—8‴. Laciniae inferiores quandoque bifidae, segmenta 2—3‴ longa, paniculae rami 2½—1″. Periclinia amenta mascula Myricarum in memoriam vocant, juvenilia 1½‴ longa.

5 ** *Sieberi* *) (Bess. Monogr. ined. c. icone **) calathidiis oliganthis sparse spicato-paniculatis ellipsoideis tuberculatis panicula patentissima, ramis adscendentibus, foliis rigidis glabris, caulinis semiamplexicaulibus, 5—3 partitis lacinia media pinnatisecta, lateralibus segmentisque trifidis linearibus. In Palaestina. A. *glo-*

Nota *) Nomen mutavi, dum A. *glomerata* Ledeb. est antiquior.

**) Dum icon in Geigeri Magasin für die Pharmacie est valde incompleta quoad folia, eam repetere coactus sum; etiamsi et mea specimina quoad calathidia non sint perfectiora.

merata Sieb. herb. Palaest. Spr. Syst. Veg. III. p. 489.

Putant nonnulli et fors non immerito A. *glomeratam* Sieb. esse A. *Contra* L. Habitus saltem et inflorescentia certe non multum differunt; adsunt etenim in speciminibus herbarii Schultesiani calathidia inferiora pedunculata, in specimine ab ipso Siebero et in Sprengelianis adsunt ad basin ramorum spicae breves 3‴, quas, si placet, ovatas a. ellipsoideas appellare poteris; nec rami glabri dicendi: nam adest tomentum in junioribus album manifestissimum, in aliis detersum a. quasi lepidotum. Folia in florentibus minima; sunt vero caulina (infima non vidi) sessilia, lacinia media quinatisecta, 3-fida a. 3-partita, segmentis obtusis. In foliis solis videtur differentia essentialis, dum sola ramea et floralia sunt simplicissima. Etiamsi d. Sprengelius flores dicat globosos: attamen eos elongari puto in formam saltem ellipticam a. oblongam aflinium.

5 * * * *Billarderiana* (Bess. Monogr. ined. c. icon.) calathidiis sparse spicato-paniculatis tuberculatis, panicula divaricata, ramis foliisque rigidis crassis incanis, caulinis

semiamplexicaulibus 5—3-partitis lacinia media bipinnatisecta, lateralibus multipartitis, segmentis linearibus obtusis. In Damasio Labillardiere, a quo Illmus Steven, in cujus herbario vidi.

Et hujus solum specimen juvenile coram me habeo; et affinitas cum A. *Sieberi*, *Lippii*, et *aragonensi* est nimia quam ut possit alium occupare locum. In florescentia est proxima A. *Lippii*, at foliis sat est diversa. Specimen hoc caule ascendente est $\frac{1}{2}'$; attamen panicula fors in medio detruncata. Caulis est teres, striato-sulcatus, tomento levi detersibili albicante tectus. Folia 1″, laciniae mediae pinnis 5—7, segmentis falcatis, 5—3‴ longis. Paniculae rami 3—4″, ramulis 1 — 2″ rectis sub angulo recto patentibus. De calathidiis ob aetatem nimis juvenilem nil dicendum, quam hoc, illis A. *Lippii* ea esse proxima.

p. 29, lin. 20 ab infra loco *Montispessul* lege *monspessul.*

lin. 5 ab infra ad finem adde 3‴.

lin. 3. ab infra adde: Huc *) spectat A.

*) Ex d. Sprengelii Syst. Veg. III. p. 495 spectat ad var. β ob folia bipinnatisecta.

